

Georg Schede


Lectori Christo patienti, & a Cruce pendentis condolenti S. ...

[S.l.], 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742550710>


Druck Freier  Zugang





MLK-9453-(1.)

*Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.
Funeraria in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.
Lusus Regius, Das ist Schmelliche Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von. Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, De mysterio pietatis.
sub pras. G. Voigtii, Gustr. 1671.
(Vom. Gedruckt)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub prals.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datus a novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderante F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di. Alberto et Johanne)

[1733 steht MLC 885-7]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ns. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe MLC 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ *Leverii Darmu bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Julii Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



LECTORI

CHRISTO *patienti, & à CRUCE pendentem*
condolenti S.



Rat Timantes vetustis temporibus artis pictores peritissimus, *cujus cum ars esset summa, ingenium tamen (teste Plinio lib. 35. cap. 10.) ultra artem erat. Dederat hujus manus præter alia præclaræ indolis documenta, etiam Iphigeniam seu (Lucret. lib. 1. v. 86.) Iphianassam Agamemnonis Mycenarum Regis Filiam, arte tam consummatâ & absolutâ, ut plus semper in hoc opere ejus spectatores intelligerent, quàm pictum esset. Strabat enim ad aras, andranchi seu carnificis manu jamjam peritura. Adstabant propinqui, cum patruo Menelao. In his, Patruo præsertim, pingendis cum tristitiæ ac mœroris omnem imaginem consumpsisset, Patris juxtâ stantis vultum nigrore obduxit tanto artificio, ut & lineamenta proderent faciem Agamemnoniam, eandem tamen nec ad lætitiâ nec tristitiâ dispositam, cum neutra sufficienter sese proderet. Ostendens videlicet arte semet ad exprimendum vivis coloribus Parentis mœstissimi vultum destitui, nec satis dignè posse exprimere. Mirari quis posset, nec immeritò cum Ethnica vetustate hanc Iphigeniam ejus Patrem & Patruum. Atqui longè nobis prægnantior causa mirandi subministratur circa hoc anni tempus, intuentibus in ara crucis pendentem Filium Dei unignullis non modò peccatis pollutum, sed & suam nobis mundiciem, integritatem & sanctitatem ut communicet manus extensas habentem. Depinxerunt nobis illum divini Vates nascentem pauperrimè; adultum ægerrimè; casum, consputum, flagellatum, cruciq; suffixum miserimè; sepultum splendidissimè, resurgentem lætissimè; ascendentem ad cœle-*



120

cœleste palatium gloriosissimè: Morti, Diabolo & inferno
imperitantem, horumq; dominium infringentem potent-
tissimè: torcular iræ divinæ prementem & subigētem divi-
nissimè. Ecquisnā pictorum, sive Iphigeniæ artificiosus re-
præsentator Timantes: sive Pamphilus, qui si Budæo fides
habenda, neminem minoris talentis annuis decem docuit;
sive Apelles & Melanthius, quorū uterq; hanc pro arte hac
addiscenda mercedem ei persolvit, penicillis suis Dei hunc
servum justum, & verum virum dolorum. delineare, & exactius de-
scribere potuisset? Verum enim vero loco horum sese no-
bis sistant Sacræ Scripturæ N. T. Protonotarii, Sancti Ev-
angelistæ, velut Martyres non minus atq; illi *ἀκατάργιστοι τε
καὶ ἀπόμνητοι.* Quod enim illi oculis fidei, hi corporis vider-
runt, & ita omnes invicem fide indubiâ confirmarunt: In
monte Olivis consito CHRISTUS, mors mortis futurus tan-
toperè stupuit mortis minas, ut instar thromborum san-
guis ex poris destillaret. Postridiè prodit ex prætorio cor-
pus & membra nudus, flagellis cæsus, sanguine suo unde-
quaq; conspersus, & corona ex rhamno contextâ tempora
cinctus. Conspicitur trabi manus pedesq; clavis ferreis
suffixus; cornu crucis insidens sibi se premi lamentatur;
Mater multagemens & plorans Filium, at quo corde? tam
malè tractatum aspicit. Empæctæ meri, meri illusores pro
consolatoribus adsunt. Qui autem facie tam infandâ con-
specta turbetur aut congemiscat, nemo est. Solus Pater
cœlestis, ne desint lamenta, velo veluti atro obnubit Solē,
omnesq; cœli faces minores, ut quacunq; patet orbis habi-
tatus, nox pro die totum trihorium visa uno ore scribatur
ab historicis. Rumpuntur scopuli, montes in partes scissi
diversas abeunt, dividitur velum Sanctuarii, terra dehiscit;
aperiuntur sepulchra sanctorum, prodeunt Patriarchæ tot
ante secula eò positi. Prodeant jam qui in quavis arte fu-
isse perhibentur celebres, nobisq; talem forment hypoty-
posin

posin qualis hæc fuit, monstrata à Deo Judæis pariter & Ethnicis, ut scilicet, si non aliunde, tamen hinc discerent, nõ fuisse purũ purũ hominẽ, qvẽ ita indignis modis tractarint, ut ad se reversi, qvamvis serò, DEUM tanti peccati veniam rogarent. Qvòd dixi de FILIO DEI, penicillo à Timante describendo; Idẽ de Abrahamo, ejusq; unico FILIO ISAACO possem dicere: qvã scilicet arte usurus fuisset in describenda utriusq; persona: Filii quidem, ut pandus ob molem lignorum humeros ejus deprimentium incederet, fortẽ non adeò tristis, ut cui de maçtando se nihil constaret; Patris verò, ut Filio nunc præiret, nunc ejusdem latus clauderet, minimè ramen læti, ut cui de maçtando Filio mandatum Hebrone à Deo immediatè datum erat, ut suã manu lanienam perageret. Annon Patris potius velasset vultum; Filium verò seminecem ore pallidulo & subflavo ob oculos stitisset? Nec enim aliter mens humana de hujusmodi casu statuere potest. Verùm longè alia est conditio Abrahami. De Filio non dico. Nitebatur quippe Abrahamus spe, omni spe, uti apparebat, sublatã, credens posse fieri, ut ex Isaaco redivivo semẽ suum multiplicaretur, in quo omnes gentes terræ benedicerentur. Et hoc videtur probare Ep. Heb. II, 19. De ISAACO hoc, & CHRISTO ipso, cujus ille typum gerebat, dicturi aliquid sunt quidam è Scholæ hujus Alumnis. MICHAEL quidem FECHSIUS Zeilenrôdã-Variscus, CHRISTUM Anima & corpore exquisitissimis doloribus affectum, & tandem crucis stipiti affixum: JOHANNES BODENIUS Bochnemensis Saxo, eundem à mortuis resuscitatum: JOHANNES demùm SCHIRMEISTERUS Gustroviensis ISAACUM CHRISTI typum, in Monte Morja à Patre maçtandum in medium producent, Craftini die 24 Martii horã IX. Noverunt autem *Excell. & Præstantia Vestræ, Auditorem excitare studium orantis;*


rantis; Illo autem vel absente, vel aliud agente, vel remif-
sius ascultante omnem orandi libidinem extorpescere.
Quâ de causâ à vobis *Nobilissimi, Amplissimi, Ma-
guifici, Admodum Reverendi, Consultissimi, Pru-
dentissimi, Clarissimi Viri, Evergetæ & Fautores
hujus Scholæ beneficentissimi*, quâ debeo, quâq; soleo
animi summissione & observantia peto, ut sesquihorii spa-
ciolum, quod studiis & negotiis severioribus abstrahetis,
hisce exercitiis sanctis tribuere non aggravemini. Gemin-
num inde ad diversos resultabit commodum. Ad VOS
quidem, ut vestrum de Musis tam egregiè sentientium no-
men apud exteros celebretur; ad ALUMNOS autem, ut & i-
psi horum exempla cum DEO & tempore imitentur, feli-
cesq; Ecclesiæ & Reip. surculi evadant. Faxit ob hoc in-
nocentissimam, sed verè salutarem mortem CHRISTUS
DOMINUS, in ignominioso crucis ligno obitam. Cujus
vulneribus sanctissimis inclusi feliciter valete, nobisq; fa-
vete.


^{19.}
GUSTROVI ~~13~~ Martii Anni 1649.


M. Georgius Schedius,
Illustris Sch. Gustrov.
p. t. Rector.



122.







posin qualis hæc fuit, monstrata à Deo Judæ
Ethnicis, ut scilicet, si non aliunde, tamen hinc
fuisse purū purū hominē, quē ita indignis modis
ut ad se reversi, quamvis serò, DEUM tanti pec-
rogarent. Quod dixi de FILIO DEI, penicillo
describendo; Idē de Abrahamo, ejusq; unico F
possem dicere: quā scilicet arte usus fuisset in
da utriusq; persona: Filii quidem, ut pandus o-
gnorum humeros ejus deprimentium incedere
adeò tristis, ut cui de mañtando se nihil consta-
verò, ut Filio nunc præiret, nunc ejusdem latu-
minimè ramen læti, ut cui de mañtando Filio
Hebrone à Deo immediatè datum erat, ut suā
nam perageret. Annon Patris potius velasset
lium verò seminecem ore pallidulo & subflavo
stitisset? Nec enim aliter mens humana de huj-
statuere potest. Verum longè alia est conditio
De Filio non dico. Nitebatur quippe Abraha-
mni spe, uti apparebat, sublatā, credens posse
Isaaco redivivo semē suum multiplicaretur, in-
gentes terræ benedicerentur. Et hoc videtur p
Heb. II, 19. De ISAACO hoc, & CHRISTO ipso, c
pum gerebat, dicturi aliquid sunt quidam è Sc
Alumnis. MICHAEL quidem FECHSIUS 2
Variscus, CHRISTUM Anima & corpore ex
doloribus affectum, & tandem crucis stipiti aff
HANNES BODENIUS Bochemensis Saxo
mortuis resuscitatum: JOHANNES demum
MEISTERUS GUSTROVIENSIS ISAACUM CHRIST
Monte Moria à Patre mañtandum in medium
Craftini die 14 Martii horā IX, Noverunt aut
& *Præstantia Vestra, Auditorem excitare*

